

gant, asserunt tamen Sacramentorum administrationi, meminisse debebant, iisdem argumentis utrumque vel negari vel affirmari.

III. Conferunt quidem Sacramenta gratiam ex opere operato, sed non sine bono motu utentis, h. e. fide. Gal. III. 27. Joh. I. 12.

IV. Non datur duplex circumcisio, Abrahamica & Mosaica, ut censuit Spencerus, Joh. VII. 22.

V. Nec Ægyptii primi fuerunt circumcisi, ut voluit Marshamus. Jer. IX. 26.

VI. Non est Biblica hæc propositio: circumcisio est signum federis Divini; nec invenitur Gen. XVII. 11.

VII. Nec hæc propositio est Biblica: circumcisio est fedus Domini; nec invenitur Gen. XVII. 10.

VIII. Agnus Paschalis sacrificium erat propriè dictum, Exod. XII. 27. non tamen in pressiori, quàm cætera sacrificia, significatione.

IX. Idem, quàm sacrificium erat, non Evcharistiæ, sed mortis Christi, pro nobis toleratæ, figura fuerat. I. Cor. V. 7.

X. Materia cœlestis Sacramenti agni Paschalis Christus fuit, quàm immolandus. Ibid.

XI. Unde sine fide, Christum recipiente, prodesse non poterat. Hebr. XI. 28.

XII. Sacramenta V. T. non minus quam Sacramenta N. T. media erant gratiæ justificantis conferendæ & obfig-
nandæ, nec munditiem tantum & sanctitatem legalem conciliarunt. Num. IX. 13. Gen. XVII. 7.

Disp. XXXVII.

De

Baptismo.

I.

Monstrosæ sunt & in gratiam Pontificiorum confictæ
Henr. Dodwelli de Baptismo sanguinis sententiæ:
sanguinem martyrum esse Christi, pro corpore
Christi mystico intellecti, sanguinem. Hunc sanguinem
G æquè